



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

15. De Fortunato Episcopo Turonensi, & Felice Episcopo Tarnisano, qui oculorum dolore apud altarium B. Martini liberati sunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

CVM lues inguinaria populū primū Germaniæ deuastaret, atque omnes huius cladis auditu terrentur, concurret Rhemensium populū ad sancti Remigii sepulchrum, congruū huius causæ flagrantis remedium. Accensis cereis lychnisque paucis, Hymnis, Psalmisque cœlestibus totam excubat noctem. Mane autem factū quid adhuc precatui desit, in tractatu ritur, reperiuntque reuelante Deo, qualitate ratione præmissa, adhuc maiori propugnaculo urbis propugnacula munitur. Affertur igitur palla de beati sepulchro, componitur modis feretri. Accessitque super cruce cereis ceroferalibus, dat voces in canticis, circumferuntur cum vicis. Nec prætereunt vllum hospitium, quod non hac circuitione conclusum. Quid plura? non post multos dies fines civitatis lues aggreditur memorata. Verummen usque ad eum locum accedens, quatenus pignus accessit, ac si constitutum cernere minimum, intrò ingredi non modo non est, sed etiam quæ in principio peruaferat, sua virtutis repulsiu relinquit.

Paulus Diaconus lib. 2. cap. 9. de gestis Lombardorum, de Fortunato Episcopo Tornensensi, & Felice Episcopo Arnifano quorum lorum dolore apud altarium B. Martini liberati sunt.

*SS. reliquia
vñ circumge-
stationis anti-
quitas & ef-
ficacia.*

Fortunatus cum oculorum dolorem vehementissimum pateretur, & similiter Felix socius eius, eorundem dolore laboraret, utriusque ad basilicam beatorum Pauli atque Ioannis, quæ intra urbem Taruisanam sita est, perrexit. In qua etiam altarium in honore beati Martini confessoris constructum, propinquam habet fenestram, in qua lucerna ad exhibendum lumen est constituta. De cuius oleo postquam fratres isti Fortunatus scilicet & Felix dolentes oculos tetigerant, illico dolore fugato, sanitatem quam optabant, adepti sunt. Qua de causa Fortunatus in tantum beatum Martinum veneratus est, ut relicta patria, paulò ante quam Longobardi Italiã invaderent, ipsius sanctissimas reliquias in Gallias, visitare decreverit: quod iter suum per flumina, montes, valles, oppida, pagos, ipse in carminibus suis dilucidè describit. Qui postquam Turonos iuxta votum proprium pervenit, Pictavos pertransiens illic habitavit, & multorum ibidem sanctorum gesta, partim prosa, partim metrica oratione conscripsit. Novissimeque in eadem civitate primum presbyter, deinde Episcopus ordinatus est, atque in eodem loco, digno tumulatus honore quiescit. Hic B. Martini vitam quatuor libris heroico versu contexit, & multa alia, maximèque hymnos singularum festivitatum, & ad diversos amicos versiculos nulli poetarum secundus, suavi & diserto sermone composuit.

R 4 Ad

Altarium in honorem B. Martini.

Lucerna ad altare constituta.

Fortunatus peregrinatur ad S. Martinum.

Hymni Ecclesiastici Fortunati.

Paulus diaconus Ad cuius ego (Paulus diaconus) tumulum, cum
con aditum. illuc orationis gratia aduentassem, episcopum
lū Fortunati um rogatus ab eiusdem loci Abbate, con-
oraturus ac- texui.
cedit.

Paulus diaconus libr. 3. cap. 1. de gestis Longobardorum. De virtutibus viri Dei Hospitii pœna inuadentium illum, ac miraculo sanandem per S. Hospitium curatione.

CAP. XVI.

Longobardorum in Gallias aduentum vir Dei Hospitius, qui apud Nicœam rat inclusus, sancto sibi id reuelante ritu longè ante præuidit, & eiusdem virtutibus, quæ mala imminerent prædixit. Etenim vir iste magnæ abstinentiæ & probæ vitæ, qui confectus ad carnem cathenisque reis, indutus in super cilicio, pane in cibum cum paucis dactylis utebatur. In diebus autem quadragesimæ radicibus herbarum Aegyptiarum, quibus eremita in Aegypto vtebatur, exhibitis à negotiatoribus alebatur. Per hæc Dominus magnas virtutes operari dignatus est, quæ scriptæ habentur in libris venerabilis viri Gregorij Turonensis Episcopi. Igitur iste sanctus aduentum Longobardorum in Gallias hoc modo prædixit. Venient Longobardi in Gallias, & deuastabunt ciuitates septuaginta eo quod increuerit malitia eorum in conspectu domini. Est enim omnis populus peritiosus deditus, furtis obnoxius, rapinis inmensus, homicidijs promptus, in quibus non iustitia